

UNIVERSITÉ DE COPENHAGUE

**CAHIERS
DE
L'INSTITUT DU MOYEN-ÂGE GREC ET LATIN**

94

**The Saxo Institute
2025**

Anonymi Lemovicensis *Sophisma*
OMNIS ANIMA NECESSARIO EST IUSTA
An edition

Sten Ebbesen

P = Ms Paris, Bibliothèque nationale de France, lat. 3237 consists of several unrelated fragments of parchment mss with a provenance from the abby of St. Martiel, Limoges. According to the catalogue,¹ ff. 81–88 form a unit, a “cahier d’étudiant” dating from the second quarter of the thirteenth century, that contains texts in two different hands, as follows:

Hand 1:

81rA–vA A fragment of a work containing questions about grammar.

Inc. mut. Quam in activis, ut enim possemus circumloqui per plures dictiones quam non poterimus circumloqui per unam dictionem ... *Expl.* tunc magis conservatur et tunc comparatur aliquid ibi ad alterum sicut eius principium in conservando, quae quidem constructio dicitur ex vi actus conversi in habitum.

81vA–B A fragment of a discussion of the sophisma *OMNIS ANIMA NECESSARIO EST IUSTA*.

* Saxo Institute, University of Copenhagen. E-mail: se@hum.ku.dk

¹ *Catalogue général des manuscrits latins de la Bibliothèque Nationale*, vol. 4, pp. 398–405. I myself inspected the manuscript in 1993, but noticed nothing of importance not recorded in the catalogue. The present edition is based on a black-and white microfilm reproduction of the ms (a colour scan also at my disposal was actually less easily readable). Many thanks to Dr Heine Hansen, who read the edition before publication and discovered a couple of serious errors.

The sophisma originally comprised three *problemata*, but only the first and most of the second are preserved; presumably, the sequel was written on a leaf now lost. If this is so, the quire consisting of ff. 81–88 has two components with different origins: (α) a bifolium consisting of ff. 81+88, and (β) the six intervening leaves, probably three bifolia.

88rA–B A fragment from the beginning of a commentary on *Liber sex principiorum*.

Inc. Sicut dicit Aristoteles, sensus est natura una, intellectus vero non est natura una ... *Expl.* non est tamen ordo evidens particularum in explanatione. § The text breaks off after only ten lines in col. B, with some 45 lines left blank.

Hand 2:

82rA–86vB A commentary on Porphyry's *Isagoge*, apparently complete.

86vB–87vB The beginning of a commentary on Boethius' *De topicis differentiis*.

At the point where the text breaks off the scribe still had some 35 blank lines left at his disposal. The text is number B24 in N. J. Green-Pedersen's list of commentaries on *Top. Diff.* About the date Green-Pedersen says "probably from the second half of the 13th century."¹

M^{me} D'Alverny, the author of the catalogue, supported her dating of ff. 81–88 to the second quarter of the thirteenth century by adding the following:

cf. essai de plume f. 88 : « Dur[andus] Dei gratia Lemovicensis episcopus » (Durand, év. de Limoges 1240–1245)

In fact, at the bottom of f. 88r, under col. B, there are three *probationes peninae*, as follows:

¹ Green-Pedersen 1984, 430–31.

Dûr dei grā lēm êpf dilectis p(ro)
 Dûr dei
 Dûr dei grā lēm êpf

The first, and longest version looks like the beginning of a letter from bishop Durand. Assuming, as is reasonable, that the *probationes pennae* were only added after the text, this yields 1245 as a *terminus ante quem* for the composition of the texts on ff. 81 and 88, as it is utterly incredible that anyone would have used a letter formula including his name after his death.

Thus, we probably have a *terminus ante quem* for the sophisma, which is a rarity. As for a *terminus post quem* only the texts referred to may be of any help. There are explicit references to the *Ethics*, *De generatione et corruptione* and *De anima*, but they are useless for dating purposes, as the translations used appear to have been Burgundio's in the case of *EN* and *GC*, while in the case of *de An.* it was James of Venice's—all of them produced in the twelfth century long before any probable date of the sophisma. A false reference to *Physics II* is more revealing, because the text referred to is in fact *De anima* in Michael Scot's Arabo-Latin translation. This yields 1230 as an approximate *terminus post quem*. The same conclusion results from an examination of a reference to *De caelo*:

hoc est quod significatur in libro Caeli et mundi quod motus caeli non est
 †iunctus† ab anima, quia motus caeli est perpetuus, motus autem ab anima
 non est perpetuus eo quod movet cum fatigatione et poena

The crucial phrase is *cum fatigatione et poena*. A comparison with the three possibly relevant translations of the passage in case shows that *poena* occurs in Gerard of Cremona's translation from the twelfth century, and *fatigatione* in Michael Scot's, while neither word occurs in Grosseteste's, which was presumably produced in the 1140s.¹

¹ The three translations are reproduced in the apparatus of the edition, below.

Hence, the sophisma was probably written between 1230 and 1245, and rather towards the end than at the beginning of this period.

* * *

The sophismatic proposition *OMNIS ANIMA NECESSARIO EST IUSTA* is a standard one. In Frédéric Goubier's and my catalogue it has number 564 and thirteen instances are listed, which is a respectable number, although the most popular sophismata have close to forty entries.¹ The catalogue principally inventorised collections, lonely items in the manuscripts were generally ignored, and this was also the fate of the one from Paris 3237. As I have now baptised its author *Anonymus Lemovicensis*, its number becomes 564.9^{bis}.

The structure of the sophisma is simple. The *corpus sophismatis* presents the sophismatic proposition and the accompanying *casus*, a proof and a disproof, but no standard solution by distinction or otherwise. After the disproof the text goes straight on to listing the three problems (*P1-P3*) to discuss. *P1* is simply whether the sophismatic proposition is true or false. *P2* discusses a solution not mentioned at the beginning, to the effect that the proof is invalid because it commits the fallacy of consequent. The lost *P3* was to be "about certain distinctions that are posited in that connection." The mention of several distinctions suggests that *P3* was subdivided into two or more sub-problems, as is often the case in sophismata. The same triad of problems is treated in Anon., *Sophismata Matritensia*, S1 [564.5]. One of the distinctions is sure to have been that *necessario* may qualify either the composition (of the subject with the predicate) or the predicate. This was the standard distinction and is the subject of *problemata* in *Distinctiones* 2.22 S22 [564.2], *Sophismata Matritensia* S1 [564.5], Anon. Erfordensis S5 [564.9] and Anon. Libranus S21 [564.10].

¹ Ebbesen and Goubier 2010. The entry for each sophisma in volume 2 includes information about which manuscript(s) it is found in, and on which folia, so I do not repeat this here when referring to a sophisma but just give its number in the catalogue, thus: [564.5].

The *casus* of the sophisma is that right now only three souls exist, and they are necessarily just, but tomorrow some non-just ones will be added to their number.

P1 is remarkable by lacking a *positio* between the *rationes principales* and the refutations of the *quod sic* arguments. It turns out that the author holds the sophismatic proposition to be false, but his reasons for rejecting it must be elicited from his answers to the *rationes quod sic*, which are all substantial in the sense that they depend on alleged facts about the soul and its faculties and *modus operandi*. The discussion neglects the stipulation about some unjust souls turning up tomorrow, addressing instead the question whether, supposing all souls are presently just, it may be the case that they are necessarily so, and thus does not really deal with a logical issue, but with the human condition with respect to good and evil.

P2 addresses a solution to the sophisma that consisted in declaring the proof invalid. The proof ran:

This soul is just, and so is that one, and so is the third; but there are no more souls; therefore every soul is just.

This proof does not hold, it was claimed, because it neglects the fact that ‘necessarily’ ampliates the scope of the verb to comprise both present and future entities, so the set to investigate for justness comprises not only the three presently existing just souls but also the unjust ones that will join them tomorrow. To make the proof water-tight, the second premiss would have to be changed from ‘there are no souls’ to ‘there are no more souls nor can there be more’. By omitting ‘nor can there be more’ the proof commits the fallacy of consequent “by insufficiency” (*fallacia consequentis ab insufficienti*).

The solution by positing a fallacy of consequent by insufficiency is also mentioned in other sources. Thus Anon. Libermanus, *S21* [564.10], *P2*:

Aliter dicunt alii quod prima est falsa.

Et respondent ad probationem per fallaciam consequentis ab insufficienti. Cum enim dicit sic: “haec anima necessario est iusta, illa, et sic de

tertia, et non sunt plures,” deberet addere “et non possunt esse plures”; quam cum omittat peccat secundum consequens.

Isti autem videntur supponere quod li ‘necessario’ habeat virtutem ampliandi quantum ad supposita. Huius autem contrarium supponimus.

As the last paragraph of this quote shows, the real problem to tackle was whether *necessario* does, indeed, have the power to amplify, so that for the proposition to be true the predicate must apply to both all present and any chance future *supposita*, and this is what the arguments in Anonymus Lemovicensis’ *P2* are about.¹ The author’s solution is less than clear-cut: Strictly speaking, he claims, the objection to the proof does not hold, because *necessario* only ampliates if there is a necessary bond (*habitus*) between the subject and the predicate, as in ‘every human is an animal’, yet, he says if one wishes to claim that it does amplify also in the case at hand, one may accept that the proof commits the said fallacy, and he then goes on to refute the *rationes principales* that tried to show the contrary, but the text breaks off before the end of the answer to the very first argument.

Ratio edendi

I have imposed my own punctuation and a classicising spelling on the text. Numbers and other matter in *italics* are editorial additions.

¹ Ampliation was a much-discussed topic in the thirteenth century. A number of sophismatic problems that explicitly deal with it are listed in Ebbesen and Goubier 2010, 1:175f., but it also features in many problems that do not mention it in their title.

References

Primary Sources

- Arist. = Aristoteles: Work abbreviations as in Liddell-Scott-Jones, *A Greek-English Lexicon*. Identification of location by means of book, chapter, page, column and line in I. Bekker's *Aristoteles graece*, Berlin 1831.
- . Quotations from the Greco-Latin translations are taken from the editions in *Aristoteles Latinus*, but sometimes via the electronic *ALD*.
- . Gerard of Cremona's Arabo-Latin translation of *De caelo* is quoted from the edition included in Alberti Magni, *De caelo et mundo*, ed. P. Hossfeld, in *Opera omnia* V.1, Münster im Westfalen: Aschendorff, 1971.
- . Michael Scot's Arabo-Latin translation of *De anima* is quoted from: Averrois Cordubensis *Commentarium magnum in Aristotelis De anima libros*, ed. F. S. Crawford. Cambridge, MA: The Mediaeval Academy of America, 1953. His translation of *De caelo* from vol. 5 of *Aristotelis Opera cum Averrois Commentariis*. Venice: apud Iunctas, 1562.
- Auctoritates Aristotelis* = J. Hamesse, ed. *Les Auctoritates Aristotelis*. Philosophes Médiévaux 17. Paris: Béatrice-Nauwelaerts, 1974.
- Boethius, *Cons.* = Anicii Manlii Severini Boethii *Philosophiae consolatio*, ed. L. Bieler. Corpus Christianorum, series latina 94. Turnhout: Brepols, 1957.

Secondary Sources

- Catalogue général des manuscrits latins de la Bibliothèque Nationale*, vol. 4, N^{os} 3014–3277. Paris: Bibliothèque Nationale, 1958.
- Ebbesen, S., and F. Goubier. 2010. *A Catalogue of 13th-century Sophismata*. 2 vols. Paris: Vrin.
- Green-Pedersen, N. J.. 1984. *The Tradition of the Topics in the Middle Ages. The Commentaries on Aristotle's and Boethius' 'Topics'*. Munich: Philosophia Verlag.

Conspectus siglorum

P	<i>codex Parisiensis, Bibliothecae nationalis Franciae lat. 3237</i>
/81vB/	<i>hic incipit altera columna folii 81v</i>
\album/	<i>album supra lineam vel in mg. additum extat</i>
<album>	<i>album inserendum censui</i>
«album»	<i>album quod iam non videtur olim in codice extitisse censendum</i>
[album]	<i>album delendum censui</i>
[[album]]	<i>album quod in codice extat a librario deletum est</i>
<***>	<i>lacunam statui</i>
...	<i>litterae illegibiles</i>
cf.	<i>confer, conferatur, conferantur</i>
iter.	<i>iteravit</i>

Anonymi Lemovicensis
Sophisma OMNIS ANIMA NECESSARIO EST IUSTA

/81vA/ Quaeritur de hoc sophismate {564.9^{bis}}

OMNIS ANIMA NECESSARIO EST IUSTA

0. Ponatur quod sint tres animae tantum, et sint necessario iustae, cras autem sint aliae quae non sint necessario iustae.

Inde sic: Omnis anima est necessario iusta.

01.1 Probatio: Ista anima, et illa anima, et sic de tertia; et non sunt plures animae; ergo omnis anima necessario est iusta.

01.2 Contra. Omnis anima necessario etc.; ergo omnem animam esse iustam est necessarium; et hoc est falsum quia hoc dictum ‘omnem animam esse iustam’ modo est verum et cras erit falsum; ergo est contingens; non ergo necessarium.

2. Circa hoc sophisma tria quaeruntur:

- P1 Primum est de veritate et falsitate.
- P2 Secundum est de fallacia consequentis quae in probatione ponitur.
- P3 Tertium est de quibusdam distinctionibus quae ibi ponuntur.

Problema 1

De veritate et falsitate primae

Circa primum proceditur sic, et ostenditur quinque rationibus quod haec est <vera> ‘omnis anima etc.’.

1.1 Prima ratio est talis: dicit Aristoteles in *Ethicis*¹ quod secundum potentias et virtutes non movemur; ergo non [[al..]] alteramur (per locum a genere); ergo, si aliquando fuimus virtuosi, semper erimus, et si aliquando mali, semper erimus mali; ergo, a simili, si aliquando fuimus iusti, semper

¹ Arist. *EN* II.4.1106a3-7, trl. Burgundionis (*Ethica vetus*): “Ad hec autem, secundum quidem passiones moveri dicimur. Secundum virtutes autem et malicias, non moveri, set adiaceri {(adiacer)e} qualiter. Propter hec autem neque potencie sunt.”

erimus iusti; sed omnis anima in principio fuit iusta et bona; ergo de necessitate erit iusta; et non potest non fuisse iusta, ex quo aliquando fuit iusta; ergo ista est vera ‘omnis anima etc.’, et non solum intelligitur illud de animabus quae sunt, sed de illis quae fuerunt et erunt.

1.2 Ad idem. Dicit Aristoteles in secundo De anima¹ quod sicut se habet sphaera ad sphaeram, ita se habet appetitus ad appetitum; cum ergo ita sit in sphaeris quod sphaera superior movet sphaeram inferiorem et non econverso, sicut sphaera caeli movet sphaeram Mercurii et Solis et Lunae et non econverso, ita erit in appetitibus quod appetitus nobilior et superiur movebit ignobiliorem et inferiorem; cum ergo appetitus rationalis sit nobilior et completior quam appetitus sensibilis, semper movebit appetitum sensibilem et non econverso; ergo appetitus sensibilis semper succumbit appetitui rationali; <ergo> semper contingit bene agere; et si contingit bene agere semper, anima semper erit iusta; cum ergo hoc contingat,² ut visum est, de necessitate, semper omnis anima necessario erit iusta. Et sic idem quod prius.

1.3 Item. Forma movet materiam et non econverso; ergo quod plus est forma movebit semper quod minus est forma, et non econverso; cum ergo anima rationalis plus sit forma quam anima sensibilis, eo quod forma rationalis penitus est a principio separato non agente ex condicione materiae, anima autem sensibilis et vegetabilis sunt a principio radicato in materia, sicut patet in generatione vermium in cadaveribus quando aliquo modo fiunt in materia vel condicione materiae, et similiter animae in ipsis mediante auxilio solis; et ita anima rationalis plus est forma quam anima sensibilis, et similiter rationalis appetitus plus est formalis quam sensibilis; ergo semper natus est movere appetitum sensibilem, sicut forma materiam, et non econverso; et ita semper succumbet appetitus sensibilis appetitui rationali; et hoc modo semper contingit bene agere et iuste agere; et ita omnis anima necessario iusta.

¹ Arist., *de An.* III.11.434a12-14, trl. Iacobi: “vincit autem aliquando et movet deliberationem, aliquando autem hec illam, sicut spera, appetitus appetitum”. Trl. Scoti: “Dominatur igitur et movet quandoque illud et quandoque aliud. Appetitus enim movet appetitum secundum speram”.

² contingat] conveniat P.

1.4 Ad idem. Ut habetur in secundo Physicorum,¹ omne agens nobilius est patiente et forma materia; sicut ergo nobilius habet movere ignobilius, sicut forma materiam, cum ergo appetitus rationalis sit semper nobilior et completior appetitu[i] sensibili, semper movebit appetitum sensibilem; sed sic movebit iuste agentem, ut dictum est prius; ergo semper continget² omnem animam esse iustam, ut dictum est prius, de necessitate. Et ita idem quod prius.

1.5 Item, ad idem. Triplex est appetitus ad minus, sc. rationalis, sensibilis, vegetabilis; sed sicut se habet appetitus vegetabilis ad appetitum sensibilem, ita se debet habere appetitus sensibilis ad appetitum rationalem; sed ita se habet appetitus vegetabilis a sensibilem quod non movet ipsum, sed e converso; ergo ita se habebit appetitus sensibilis ad rationalem quod non movebit ipsum, sed e converso; ergo appetitus rationalis semper movebit appetitum sensibilem, et sic contingit³ bene agere et iuste; et ita omnis anima de necessitate est iusta. Quod autem appetitus vegetabilis /81vB/ non moveat sensibilem patet, quoniam appetitus vegetabilis est respectu istius actus qui est vegetare, et respectu operationum particularium quae sunt augere, nutrire etc.; appetitus autem sensibilis est respectu istius actus qui est sentire; sed actus qui est vegetabilis non movet actum qui est sentire; ergo nec appetitus appetitum.

2. In contrarium arguitur sic:

2.1 Voluntas⁴ est principium in nobis valens ad opposita, sc. ad bonum et ad malum, et similiter libertas arbitrii, quae est nobis nata ad proseguendum <vel> fugiendum bonum vel malum; cum ergo principium boni vel mali indifferens sit in nobis, indifferenter⁵ nos habemus ad bonum et ad malum, et ita poterimus indifferenter facere bonum vel malum; et ita

¹ Immo Arist., *de An.* 430a18-19, trl. Scoti: "Agens enim semper est nobilius patiente et principium materia." Trl. Iacobi: Semper enim honorabilius est agens patienti et principium materia." *Auctoritates Aristotelis* 6.150: "Agens est nobilius et honorabilius passo et forma materia."

² continget] conveniet P.

³ contingit] fere quit vel guit cum linea supraducta P.

⁴ voluntas] volumptas P; et sic deinceps.

⁵ indifferenter] iter. P.

non erimus de necessitate boni nec de necessitate mali, sed contingenter; et ita omnis anima existens in nobis non de necessitate erit iusta.

2.2 Ad idem. Dicit enim Plato in Timaeo¹ quod anima dum est in corpore mole carnis premitur et aliquando sequitur carnis vestigium, et hoc est quod significatur in libro Caeli et mundi² quod motus caeli non est coniunctus ab anima, quia motus caeli est perpetuus, motus autem ab anima non est perpetuus eo quod movet cum fatigatione et poena, unde anima existens in corpore aliquando gravatur a corpore et sequitur appetitum carnis et corporis; sed cum anima rationalis sequitur appetitum

¹ In Timaeo non inveni. Confer autem locum ex Boethii Cons. III.12.1 inferius laudatum.

² Arist., Cael. II.1.284a26-35: Trl. Gerardi, p. 108: “Et dico, quod caelum non oportet, ut sit sempiternum fixum propter animam, quae est in eo. Sunt enim ex hominibus qui dicunt, quod caelum est sempiternum fixi esse, quoniam habet animam, et quod anima cogit ipsum, ut sit sempiternum fixum. Sermo autem est impossibilis, quoniam haec vita non est possibile, ut sit absque labore et poena neque ut sit bona laudabilis, quoniam ipsa movet corpus non secundum partem sui motus. Cum ergo est ita, est proculdubio impedita privata omni quiete facta ex habente rationem. Cum ergo est ita et non est ei quies omnino neque similitudo quietis factae animalis omnino in somno, est tunc simile illud exemplo, quod exemplificaverunt primi et nominaverunt ipsum Yxion sempiterni motus motu violento, cui non est ultimum neque quies.”

Trl. Scoti (V.98C-D): “Et dico quod coelum non debet esse aeternum, permanens propter animam, quam habet. Quidam enim dicunt quod coelum est aeternum, permanentis essentiae, quoniam habet animam, et quod anima cogit ipsum, ut sit aeternum, permanens. et iste sermo est impossibilis, quia ista vita impossibile est ut sit sine fatigatione, et sine labore, et impossibile est ut sit laudabilis bona, quia movet corpus secundum alium modum a suo motu proprio. si ergo est sic, erit semper in negotio, et carens omnino non vexatione, existente ex habenti intellectum. et, cum ita fuerit, non habebit non vexationem omnino. neque assimilatur non vexationi animarum animalium in somno. et tunc assimilatur fabulae Antiquorum de Equisor, quod est aeternum, et semper movetur violente, sine fine, et sine quiete.”

Trl. Grosseteste: “Sed quidem neque ab anima rationabile cogente manere sempiternum; neque enim anime possibile esse talem vitam intristabilem et beatam; necesse enim et motum cum violentia existentem, siquidem movet ferri apto nato primo <corpore> aliter et movet continue, sine vacatione esse et ab omni ereptum delectatione intellectiva, siquidem neque quemadmodum anime mortalium animalium requies que circa somnum facta corporis remissio, sed necessarium Ixionis cuiusdam particulam retinere ipsum sempiternum et invertibilem.”

carnis, tunc succumbit animae sensibili, et tunc contingit animam esse perversam et male agere; et ex hoc sequitur quod anima non sit iusta ; et ita non omnis anima de necessitate est iusta.

→ 1.1 Ad primum istorum dicendum est quod ibi est fallacia aequivocationis de hac dictione ‘secundum’, quoniam potest dicere causam finalem vel efficientem vel formalem. Si dicat causam efficientem, hoc modo verum est, et tali modo Auctor intelligit, quia virtus non est principium efficiens sed formale vel finale, virtus enim est finis quae movet nos ad bene agere, et est sicut principium formale in nobis.

→ 1.2 Ad secundum dicendum est quod illud quod dicit Aristoteles non habet intelligi in movendo sed in continendo, unde appetitus rationalis existens in nobis continet appetitum sensibilem sicut sphaera superior continet inferiorem. Et huic consonat exemplum quod dicit in littera,¹ quod sicut trigonum habet <esse> in tetragono vel tetragonum habet esse in pentagono,² sic vegetativum habet esse in sensitivo et sensitivum in ratiocinativo; unde sicut pentagonus continet tetragonum et tetragonus trigonum, sic ratiocinativum sensitivum et sensitivum vegetativum. Argumentum autem procedit ac si illa similitudo esset in movendo, et non/ in continendo [[et non in movendo]]; et ideo non oportet quod appetitus rationalis semper moveat appetitum sensibilem, sed aliquando econverso.

→ 1.3-4 Ad alia dicendum est [quod] hoc quod dicit Plato quod anima rationalis existens in corpore mole carnis premitur, ut dictum est, et hoc idem vult Boethius in Consolatione Philosophiae;³ quia ergo anima

¹ Arist., *de An.* II.3.414b28-32, trl. Iacobi: “Similiter autem se habent ei que de figuris est, et que sunt secundum animam. Semper enim in eo quod est consequenter, est potentia quod prius est, et in figuris et in animatis, ut in tetragono quidem trigonum est, in sensitivo autem vegetativum.” Trl. Scoti: “Et dispositio de anima similis est dispositioni in figuris; invenitur enim semper in potentia in figuris et in rebus animatis precedens in consequente, v.g. triangulus in quadrato, et nutritivum in sensibili.”

² pentagono] pentegano P.

³ Cf. Boethius, *Cons.* III.12.1: “Tum ego: Platoni, inquam, vehementer assentior; nam me horum iam secundo commemoras, primum quod memoriam corporea contagione, dehinc cum maeroris mole pressus amisi.” V.3: “An cum mentem cerneret altam / pariter summam et singula norat, / nunc membrorum condita nube / non in totum est oblita sui / summamque tenet singula perdens?”

rationalis oneratur corpore, aliquando sequitur operationem corporis et dominium, et dominatur appetitus sensibilis rationali et movet appetitum rationalem.

Praeterea¹, anima secundum substantiam non operatur sed secundum dispositionem sibi innatam, quae est voluntas, et quia voluntas est principium valens ad oppositum, sicut dictum est, ideo anima rationalis per huiusmodi principium existens in ipsa se habet ad opposita, et ideo convertens se aliquando ad malum et non deliberans succumbit appetitui sensibili, et sic contingit² perversum esse et male agere, et anima non de necessitate est iusta sed contingenter.

→ 1.5 Ad quintum dicendum quod non est simile de anima vegetabili etc., quia appetitus vegetabilis est solummodo naturalis et non voluntarius, appetitus autem sensibilis est voluntarius, et rationalis appetitus similiter, et ita communicant appetitus sensibilis et rationalis eo quod uterque est voluntarius, cum agentium et patientium sit communicantia,³ ut habetur in primo De generatione,⁴ ideo unus appetitus potest movere alium et e converso; sed appetitus vegetabilis disparatus est a sensibili, et ideo ipsum non movet, et quia non communicant, ideo unum non movet alterum.

→ 2.1-2 Alia duo quae erant ad oppositum concedenda sunt.

Problema 2

Utrum in probatione sit fallacia consequentis

Circa secundum proceditur sic quod dicitur quod ibi est fallacia consequentis ab insufficienti in probatione, quoniam haec dictio ‘necessario’ habet virtutem ampliandi ad praesentia et futura. Et ideo dicitur quod hoc

¹ praeterea] *fere* *preretēa* P.

² contingit] *giut* P.

³ communicantia] *vocabulum suspectum; fortasse convenientia scribendum.*

⁴ Cf. Arist., *GC* I.7.323b29-324a1, trl. Burgundionis: “Sed quoniam non quodcumque innatum est pati et facere, sed quaecumque aut contraria sunt aut contrarietatem habent, necesse et faciens et patiens genere quidem simile esse et idem, specie autem dissimile et contrarium; innatum enim est corpus quidem a corpore, saporem autem a sapore, colorem autem a colore pati, universaliter autem omogeneas ab omogeneo”.

modo debet probari: ‘Ista anima est necessario iusta, et illa, et sic de tertia; et non sunt plures neque possunt esse plures’; cum ergo ipse omittit istam determinationem ‘nec possunt esse plures’, ab insufficienti arguit. Si vero istam accipiat, probatio erit falsa, et ita non est mirum si falso sequatur ex falso. Si vero istam non accipiat, ab insufficienti arguet, et ita erit ibi fallacia praedicta.

I. Sed videtur multis rationibus quod haec dictio ‘necessario’ non possit ampliare:

I.1 Prima ratio est talis: Nullum inferius ampliat ad ea ad quae coartat suum superius; cum ergo verum sit commune et superius ad necessarium, si verum coartat ad entia, non poterit ampliare ad non entia, et ideo solummodo coartabit ad entia, sicut suum superius.

I.2 Ad idem. Superius debet esse in maiori ambitu et continentia quam suum inferius; cum ergo possibile sit¹ superius ad necessarium, in plus debet esse possibile quam necessarium; cum ergo possibile se extendat ad entia et ad non entia, ergo necessarium solum se extendit ad [[necessaria]] entia †\vel/ [[et]] ad non entia; ergo ad entia.† Et quod possibile sit commune et superius ad necessarium patet in libro *Peri hermenias* in secundo in fine,² dicit enim ibi quod sequitur ‘necessarium est esse, ergo possibile est esse’, quoniam oppositum non potest sequi ad necessarium, sc. non possibile esse; ergo sequitur ‘si necessarium est esse, possibile est esse’.

I.3 Ad idem. Cui inest una pars copulativae et altera; ergo, cum necessarium exponatur per copulationem sic “necessarium est quod est et [[esse]] non potest non esse”, cum cui conveniet una pars copulativae, et altera, sed prima pars solummodo convenit enti, ergo et altera; et ita non poterit ampliari pro entibus et non entibus, sed solum entibus conveniet.

I.4 Ad idem. Necessarium est ens perfectum et completum; cum ergo ens perfectum et completum solummodo enti conveniat, cum necessarium sit huiusmodi, solum enti conveniet.

¹ sit] *iter.* P.

² Arist., *Int.* 13.22b11-14, trl. Boethii: “Nam quod est necessarium esse, possibile est esse; nam, si non, negatio consequetur; necesse enim est aut dicere aut negare; quare si non possibile est esse, impossibile est esse; impossibile igitur est esse quod necesse est esse, quod est inconveniens.”

1.5 Ad idem. In¹ perpetuis non differt esse et posse; cum ergo necessarium sit perpetuum, in ipso non differt esse est posse; si ergo esse necessarium solummodo conveniat entibus, et posse ei[u]s inest, et ita non poterit ampliare.²

2. Sed contra: Ad quaecumque se extendit unum convertibilium, et reliquum; cum ergo ‘necessarium est esse’ et ‘impossibile est \non/ esse’ sint convertibilia, cum ‘impossibile non esse’ habeat <pote>statem ampliandi, <ergo et ‘necessarium esse’>. Probatio: ‘non impossibile esse’ et ‘impossibile’ opponuntur contradictorie; sed contradictio³ est “unius et eiusdem etc.”; ergo si ‘non impossibile’ potest ampliare,⁴ et ‘impossibile esse’ poterit ampliare; ergo et similiter illud cui opponitur id⁵ quod est ‘impossibile’, et hoc est ‘impossibile non esse’; ergo ampliabit.

3. Solutio. Dicendum est quod in veritate illa solutio non solvit, et concedendum est breviter quod haec dictio ‘necessario’ non ampliat nisi ponatur cum huiusmodi extremis quae habent habitudinem necessariam unius extremi ad alterum, ut cum dicitur ‘homo de necessitate est animal’.

Sed si aliquis velit ostendere quod haec dictio ‘necessario’ ampliet, poterit concedere quod ibi est fallacia consequentis eo modo quo dictum est ab insufficienti.

→ 1. Et ad argumenta quae erant in contrarium respondendum est in hunc modum, quod in hac dictione ‘necessario’ duo intelliguntur, natura sc. positionis et natura privationis; quod patet in eius expositione cum dicitur “necessarium est quod est et non potest non esse”.

¹ In perpetuis – posse] Cf. Arist., *Ph.* III.4.203b30, trl. vetus: “contingere enim ab esse nichil differt in perpetuis.” *Auctoritates Aristotelis* 2.103: “In perpetuis non differunt esse et posse.”

² ampliare] ampliari P.

³ contradictio – etc.] Cf. Arist., *SE*, trl. Boethii: “5.167a23-27: “nam elenchus est contradictio eiusdem et unius, non nominis sed rei et nominis non sinonimi sed eiusdem, ex his quae data sunt ex necessitate, non connumerato quod erat in principio, secundum idem et ad idem et similiter et in eodem tempore.”

⁴ ampliare – ampliari] ampliari – ampliari P.

⁵ id] ei P; *possis etiam* illud quod opponitur ei *scribere*.

→ 1.1 Dicendum est ergo ad primum argumentum quod ratione positionis vel affirmationis quae est in hac dictione ‘necessario’ non ampliat sicut nec suum superius, et est inferius «*reliqua desunt*»